



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§.XX. Die frembden Gesandten verweilen auf den Congress zu kommen.
Derer Käyserlichen Gesandten Beschwehrung über der Frantzosen
Aussenbleiben.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51787](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51787)

1643.
August.

riis, vel eorum subdelegatis in hunc finem, five per suos subdelegatos tractaverint, egerint, ac statuerint, id Nos omni meliori modo ratum gratumque habituros, vigore harum, Imperiali ac inviolabili fide promittimus. In quorum fidem roburque presentes manu nostra subscriptos, sigillo nostro Imperatorio firmari iussimus. Viennæ, die *undecima mensis Augusti*, Anno Domini millesimo, sexcentesimo, quadragesimo tertio, Regnorum nostrorum, Romani septimo, Hungarici decimo octavo, Bohemici vero decimo sexto.

1643.
August.

FERDINAND.

Ad Mand. Sac. Cæs. Majestatis
proprium.

Johann Walderode.

Ursachen sol-
cher Verände-
rung.

Die Ursache solcher Veränderung wolle te der Kaysersliche Gesandte, Graff von Auersberg, in einem an Cranium erlassenen Schreiben vom 27^{ten} Aug. diese zu seyn ominiren, weil die Insprugische

Linie, wegen Essas sehr interessiret, und Volmar bishero, beständig darinnen gebraucht worden wäre, mithin die beste information davon habe; vielleicht auch Tyrol vor ihm sprechen möchte.

§. XX.

Die fremdden
Gesandten
verweilen auf
den Congress
zu kommen.

Unterdessen verzogen die Fremdden Gesandten, auf den Congress zu kommen; und führten deswegen die Kayserslichen unter einander verschiedene Klagen: Der Pabstliche Nuncius zu Eöln, Chisius, schrieb zwar unterm 19^{ten} Aug. an den Kayserslichen Gesandten Cranium, daß der Cardinal Rosetti, als Pabstlicher Legatus, nach Münster gehen würde, so bald man zu Rom, die Ankunft derer Französischen Gesandten, alldort würde vernommen haben; Mit deren Abreise aus Frankreich aber verzögte es sich noch immer, und hätte es schon vom Anfang des Julii her, geheissen, daß innerhalb 4. Tagen, die Grafen d' Avaux und Chavigni, von Paris aufbrechen sollten; Aber dieses quatriddum sey noch nicht erschienen. Wann ihre Abreise von der Eroberung der Vestung Diederhossen dependire; so wäre nun ihr Wunsch erfüllet, da sich solcher Platz ergeben habe. Dannhero excitirten die Kaysersliche Gesandten so wohl den Spanischen Ambassadeur, Grafen Zappada zu Eöln, durch

Schreiben vom 20^{ten} Aug. als auch den Pabstlichen Legatum, Cardinal Rosetti, unterm 21. ej. sich auf dem Congress einzufinden, weil des Mediatoris exempel, die andern Gesandten zur baldigen Nachfolge aufmuntern würde. Der Spanische Gesandte aber antwortete aus Eöln d. 24^{ten} ejusd. daß wenn er vernommen würde, es wären die Franzosen auf dem Wege, so wolte er auch so gleich nach Münster aufbrechen; des Pabstlichen Legatus Rosetti Verzug rührte lediglich vom Cardinals-Hut her, welchen er von Rom erwartete, quam expectationem, wie die Worte sind, Romano more, tanta religione servat, ut interea temporis, ne pedem cubiculo quidem efferrat. Hingegen ließen die Franzosen nicht undeutlich mercken, daß der Eyser zum Friedens-Congress, bey Ihnen nun eben nicht mehr so stark sey, wie aus dem folgenden des Kayserslichen Gesandten, Cranium, an den Nuncium Apostolicum Chisium, unterm 30^{ten} Aug. aus Münster erlassenen Schreiben erhellet:

Des Kaysersli-
chen Gesand-
ten, Cranium
Schreiben an
den Nuncium
Apostolicum.

Illustrissima ac Reverendissima Dignitatis Vestrae litteras de d. 19. hujus, recte accepi, multis mihi nominibus, tum hoc præcipue gratissimas, quod tanti Præsulis honestam de me opinionem ac propensum favorem, nec ullam neglecti a me officii suspensionem, apud se admissam testentur; qua in re & generosi sui animi humanitatem simul ostendit, & magnitudinem, quam ego merito suscipio, & seduli clientis studio, quoad vixero, in tanti Patroni imagine venerari conabor, licet, hoc quidem tempore, curis ita distringar, ut meminisse magis officii mei, quam præstare valeam.

Quod

1643.
August.1643.
August.

Quod ad Tractatus nostros attinet, eadem est, quæ hæcenus fuit, eorum conditio, nec in ullo alio mutata, quam quorundam Ministrorum Gallicorum accessu, qui tamen, quam de suo adventu dabant spem, subita protestatione adimerunt, dum se nulla commissione in negotia Pacis ingerendi suffultos palam profitentur, ut adeo nos numero, non autoritate aut beneficio, auctos videamus.

Derer Käyserl. Gesandten Beschreibung über derer Frankosen Aufsenbleiben.

Appulit hic istis diebus Mons. de St. Romain, sed Hamburgo venit, non Parisiis; e contra Mons. Rotte, cum pro Residente Gallico ad Pacis Tractatus Osnabrugum pervenit, declinato Osnaburgo, in Hollandiam, sub specie colloquii, istic cum Gallicis Legatis instituendi, deflexit, dum interim nihil de motu Legatorum Gallicorum Parisiis intelleximus. Quid sibi hæc obnubilatio velit, non percipio, & tenuitatem ingenii mei exsuperat. Indicia sane fat multa suppetunt, quibus conjecturari licet, Victoriam Theonivillæ animos Gallorum plane immutasse, & a pace alieniores reddidisse, quibus cum Svecicorum Legatorum lentum iter ac progressus apprime congruit, ut adeo inter spem & metum, quid tandem de hisce Tractatibus eventurum sit, hæreamus.

Placuit præterea Suae Majestati Casarea, Domino meo Clementissimo, aliam dispositionem de mea persona facere, & me hinc Osnabrugum transferre, & nunc accinctus isto ad iter meum, & provecturus, quod Illustrissimæ & Reverendissimæ Dignitati Vestræ significare volui, correspondentiæ nostræ pensum eo ex loco deinceps exsolutum iri repromittens, cujus propensissimo favori me totum committo, atque ex hinc valedico. Monasterii, d. 30. Aug. 1643.

§. XXI.

Die Schweden urgiren derer Frankosen Anfunfft zu dem Congress.

Von Schwedischer Seite, sieß Salvius, welcher unterdessen nebst dem Cardinal Oxenstierna schon biß Minden angezuckelt war, aber aus oberwehnten Ursachen, nicht nach Osnabrück kommen wollte,

eine Erinnerung an den Cardinal Mazarini, unterm 31^{ten} August. in nachgesetztem schönen Schreiben, dießfalls abgehen.

Des Legati Salvii Schreiben an den Cardinal Mazarini.

Diu inter spem metumque suspensi expectarunt omnes, quorum interest, quæ consilia fatorum inclementiam in Gallia sequerentur. Communes hostes, morte Cardinalis, cecinere victoriam; fato Regis, plane triumphum: Ista conclamatum putabant amicorum multi; hoc pene desperatum. Promiscuas singulorum causas memorarem, nisi scirem, eas judicii vestri sublimitatem minime latere; sed dispares hos affectus opportunissime Eminentiae Vestræ literæ, de 27. Junii, renovato fœdere comitariæ, utrisque commode exemerunt, heroicam Serenissimæ Reginae Regentis, Gallicique Senatus constantiam nobis confirmantes. Sane magnopere fuit ista sive renovatio, sive confirmatio necessaria, non quod fœderata Regnorum vincula morte Regum laxata essent, sed ut ignaris rerum hostibus terror, fœderatis animus major adderetur. Adjunctas igitur Vestras illico in Sveciam expedivi, ipseque statim nuncio tam fausto respondissem, nisi Regiæ sententiæ decor obsequio Ministri debuisset præcedere. Nunc, cum & fœdus e Svecia ibidem renovatum, & Serenissimæ Reginae meæ responsa Eminentiae Vestræ per Dominum Legatum Grotium mittuntur, hoc solum addere debui, fore me his in oris tam accuratum renovati cultorem, quam hæcenus assiduus fuerim renovandi fœderis instinctor. Nescio, utrum tenuitas mea magnitudinem tantæ rei debite comprehendat; id sane mihi persuasum est, nunquam satis cautum fore publicæ securitati, nisi, tam pace, quam bello, perpetua Regnorum conjunctio robur inviolabile sustineat. Divinum equidem videri potest, quod, qui hæcenus domina-